Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36554
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

quia secm mirabilem hanc unitatem unus ē iustus · immo &
plures iusti unus sunt ; Ideo & sēs apostolus omnem cohostatur
ecclesiam dicens · ut idem dicatis omnes · & non sint inuobis scis
mata ; Stas autem perfecti in eodem sensu · & in eadem
sententia ; propterea & iam in actibus apostolorum · cor & anima
credentium unaē · dicitur ; si autem & iam subtilius aliquid
considerare uelimus · inuenire possumus & alia unitate ;
Uerbi gratia ; si ita mostificauero membra mea · ut iam non
concupiscat caro aduersus spm · neq: sps aduersus carnem ·
si iam non sit alia lex in membris meis · quae repugnet legi
mentis meae · & capiuum me ducat in lege peccati · si omnia
quae intra me sunt in uno atq: eodem sensu perfecta sint ·
& uno atq: eadem sententia moueantur · tunc ero & iam uir unus ;
hic igitur unus laudabilis · duarum uxorum uir primo omnī
unde sit uideamus ·, Oemonte inquid effrem ; Ergo non est
iustus deu allib: · Nec de campis · nec de ullis inferioribus locis · sed
nec de collib: quidem · sed de monte est ; E de quo monte ·
effrem · quid interpretatur fructificatio ; Est ergo de monte
frugifero · & locus eius ē frugifer ·, Uide & scriptura quam
laudem montium dicit ; Os inquid dī montium ē · & non
est conuallium ; Sed & nomen iustibuius ē helchana · qd
interpretatur possessio dī ; Certum ē · quia ille de quo dictū ē ·
quod unus ē & uir · possessio dī ē · & non possessio daemonū ;
Quem enim possident daemones · non est unus sed multi · sicut
& ipsi daemones de eo quem possidebant responderē dicentes ·
qui a legion nomen est ei ; Unus uero ē helchana qui est posses
sio dī · qui & habet patriam montem effrem · montem fru
giferum ; Iste ergo tam laudabilis uir · habuit duas uxores ·
nomen una anna · & nomen secundae fennana ; Habebat autē
filios de secta fennana · sterilis uero erat prior illa quae

effrē dr fructifi
catio ·